

N. 33.

A. D. 1101.

(marzo, Indiz. IX).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Thomas protonot.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,40, largh. 0,23. Macchiata in qualche punto.
<i>Scrittura</i>	Minuscola.
<i>Contenuto</i>	<i>Bisantius</i> esopo, di Bari, si querela con <i>Iohannes, f. Iohannis qui et de laudula</i> , di Bari, perchè questi gitava nella <i>curticella</i> , che era dinanzi alla sua casa, <i>stercum et rimatum et aqua</i> : ma quando quest'ultimo vuol provare con giuramento insieme a dodici suoi parenti, che la <i>curticella</i> era di sua proprietà, <i>Bisantius</i> propone e ottiene un accordo pacifico.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine sancte et individue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri iesu christi millesimo centesimo primo. mense martio none indictionis. Ego Bisantius esopo f. (*manca*) de civitate Bari. Clarefacio quia causationem habui cum Iohanne f. iterum Iohannis qui et de laudula de prefata civitate de una curticella que est intus hac civitate ante domum suam et ante scalam suam iuxta casa homines de Grumo et iuxta casa Bisantii 5 f. Adralisti. Dicendum ille michi iniuste et sine ratione michi facis quia iactas stercum et rimatum et aqua in curticella mea que est ante domum meam. Et ego dicebam ei per rectum

et iustitiam iacto et aqua et rimatum et quodcumque voluero in ipsa curticella quia mea
 est et michi pertinet et ad ipsa domo mea. Et ille dicebat michi non dicis veritatem ut
 10 ipsa curticella sit tua set mea est et michi pertinet quia Petro critis avus meus comparavit
 eum a Grisanto et Alfarana et a Desiderio et Mira secundum continentiam scripti emptionis
 quod exinde habeo. Et ego contendebam ei et dicebam non est ista curticella illa quod
 brebe tuum emptionis continet. quam predictus Petrus critis avus tuus comparavit. set ista
 curticella michi pertinet et mea est. Etiam et iudicatum fuit exinde inter nos ut iuraret
 15 michi predictus Iohannes ad dei evangelia cum duodecim secum parentibus suis. dicens per
 hec sancta dei evangelia ista est curticella quam comparavit Petro critis avus meus a
 Grisanto et Alfarana et Desiderio et Mira ut cartula mea emptionis continet. Et placuit
 nobis ipsum iudicium. Set dum paratus esset* predictus Iohannes cum suis parentibus ut
 faceret michi ipsum sacramentum. nolui ego ut iuraret michi set placuit michi et per or-
 20 tationem bonos homines donare ei ipsum sacramentum et omnes calumnias et cunctas
 questiones quas de ipsa curticella cum ipso habui. Et sic ante presentiam nobilium homi-
 num testium subscriptorum quibus predicta et subsequencia notificata sunt. bona mea vo-
 luntate ego prefatus Bisantius per fustem donavi ad predictum Iohannem ipsum sacramen-
 tum et omnes calumnias et cunctas questiones quas cum eo habui pro ipsa curticella. Et
 25 recepi exinde hab eo launegilt iuppa serica. Unde et pro firmandam hanc prescripta dona-
 tione et convenientia bona mea voluntate ego prefatus Bisantius gadium eisdem Iohannes
 dedi et mediatorem posui me ipsum. Ea ratione ut amodo in antea nullo adveniente tem-
 pore nec ego nec mei heredes habeamus potestatem querere contendere vel causare cum
 predicto Iohannem vel cum eius heredes. pro predicta curticella per ullum ordinem vel in-
 30 genium. Set ipse Iohannes et eius heredes habeant et dominant ipsam curticella ad pro-
 prietatem suam sine requisitione et contrarietate mea et de meis heredibus. Et taciti et
 contenti adversus eos exinde maneamus semper. Et si taliter hec omnia predicta eis facere
 et adimplere noluerimus et per causationem vel per legem eos exinde miserimus per quod-
 cumque ingenium obligo me et meos heredes dare eis penam viginti aureos solidos similiter
 35 et alios viginti in publico. et inviti omnia ut prelegitur eis faciamus et adimpleamus. per
 districtum me qs. Bisantius mediatorem et obligatorem qui licentiam tribui eidem Iohannes
 et eius heredes pignerare me et meos heredes per omnes nostras causas legitimas et inle-
 gitimas ubicumque nobis invenerint sine calumnia et appellatione. Donec adimpleverimus
 eis omnia ut continet supra. Et hoc brebe scripsit Thomas protonotarius qui interfuit.

40 † Ego Sepe testis sum.

† Ego Dalfius f. Iohannis testis sum.

† Teudelmannus Iohannis materiensis.